

vita agitur etiam post mortem seruetur. et tunc apparere incipit cum laborum carnalium fructus ceperit non videri. Tertio hoc est in fine dat saporem: afficiens eos de omnibus prout singula sapiunt secundum veritatem. de qua sapientia dicit Bernardus. Inuenisti plane sapientiam si singula tibi sapiunt prout sunt. peccata et vicia tanquam vilia et omnino fugienda. temporalia autem velut caduca et omnino contemnenda. eterna vero tanquam summo desiderio affectanda. Nec tales affectus insunt nobis ex iudicio rationis velut coacti: sed ex sapore sapientie sic simus velut naturaliter affecti. Habemus ergo veram sapientiam si peccata desiccamus. si huius seculi desiderabilia contemnamus. si futura bona scilicet celestia toto desiderio appetamus. De hac sapientia dicitur puer. viij. Melior est sapientia cunctis opibus preciosissimis: et omne desiderabile non potest ei parari. Talis enim sapientia vnit nos deo et assimilatur. et taliter affecti non possumus aliud velle quam quod deus vult: dicit Bernardus. Unitas spiritus cum deo est voluntatis perfectio: cum iam non solum vult quod deus vult: sed in affectu est perfectus: ut non possit velle nisi quod deus vult. Velle autem quod deus vult hoc est iam deo similem esse. **T**ertio gloriosi isti principes in passione habebant patientiam: sic et nos in omnibus que patimur non solum patientiam habeamus: sed gaudentes et hilariter sufferamus. iuxta illud Iacobi. Omne gaudium existimate fratres: cum in varias temptationes incideritis. Est autem triplex patientia secundum statum triplicem electorum: scilicet incipientium. proficientium. et perfectorum. et secundum hanc diuersitatem statuum patientia variatur. Nam incipientes debent mala sua sustinere patienter. proficientes autem libenter. perfecti vero gaudentes. Qui tres modi secundum triplicem hunc statum inueniuntur in paulo. nam in primo stetit cum ij. Corin. viij. dixit Tribulationes patimur sed non angustamur. que verba sonant: quod patitur patienter. In secundo stetit cum ibidem. xij. dixit. Ego libentissime impendar: et superimpendar. per ansam vestris. ecce libenter. in tertio stetit cum ad Gal. vi. dixit. Vbi absit gloriari: nisi in cruce domini nostri iesu christi:

et iterum. Superabundo gaudio in omni tribulatione. hoc totum agente in hominibus sanctis domino iesu christo etc.

XLV. De inuentione sancte crucis.

**B**enedictum est

lignum per quod fit iusticia. sapientia. ruij. Dicit Gregorius super illo verbo Job. Lignum habet spem. In sacra scriptura ligni nomine crux domini figuratur: et subiungit exemplum: sicut cum dicitur. Mittamus lignum in panem eius. lignum quippe in panem eius mittere est domini corpori crucem adhibere. Sic in proposito lignum per quod fit et facta est iusticia: non est aliud nisi crux christi: eo quod nullum lignum idoneum fuit ad faciendam iusticiam nisi illud. Duius ergo verbi occasione tria per ordinem prosequimur: scilicet de huius ligni benedictione. ligni crucis distinctione et iusticie exhibitione. Primo dico dicendum est de huius ligni benedictione: hoc est. cur hoc lignum sit et dicatur benedictum.

**D**e quo sciendum quod in veteri testamento propter triplicem causam benedictionem legitur exoptatam scilicet propter liberationem. propter feminis multiplicationem et celi glorificationem. propter quas tres causas reuerendum lignum crucis nunc merito dicitur benedictum. Primo dico sancta femina Judith benedicta legitur propter populi sui liberationem. de qua. iij. dicitur. Benedixit te dominus in virtute sua: quia per te redegit ad nihilum inimicos nostros. Item in eodem. xv. Tu gloria hierusalem. tu letitia israel. tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter et confortatum est cor nostrum. ideo eris benedicta in eternum. Que non ob aliud meruit hanc benedictionem: nisi quia ab inimicis suis dei populum liberauit. Secundo thobias benedicitur propter feminis multiplicationem: ut ex eo et uxore eius sara soboles procreentur et procreate multiplicentur. Sic enim dicitur. Thobie. ix. Benedicat te dominus deus israel: et dicat benedictio super uxorem tuam et super patres vestros et videatis filios vestros et filios filiorum vestrorum usque in tertiam

## Bermo

et quartam generatione: et sit semen vestrum  
benedictum a deo israel qui regnat in secula  
seculorum amen. Tertio legimus iacob patri  
archam a patre suo ysaac benedictum exopta-  
te et celi possessione. sic enim dixit gen. xviii  
Deus omnipotens benedicat tibi: det tibi bene-  
dictiones abrae ut possideas terram pegrina-  
tionis tue quam pollicitus est auro tuo. His  
tribus benedictionibus benedixit iacob filio suo  
ioseph in terra egypti dicens gen. xlix. Omni-  
potens benedicat tibi benedictionibus celi desu-  
per. ecce tertia benedictio: et benedictionibus  
abissi iacentis deorsum ecce prima. et bene-  
dictionibus vberum et vulue ecce secunda. His  
ergo tribus benedictionibus fluens in vna  
benedictione venerandum lignum crucis nostre  
est et dicitur benedictum. Nam per eam ab infer-  
no sumus liberati: meritis et gratia ditati et  
ad celum deputati. et ideo ex profundo corde  
cum omni reuerentia prosterni dicimus omnes  
Benedictum lignum per quod fit iusticia. nam per  
hoc additum scilicet per quod fit iusticia lignum crucis  
ab alijs lignis specificat. **E**st enim tri-  
plex lignum de quo legitur in scriptura scilicet pua-  
ricationis cuius fructum primi parentes gusta-  
tes preuaricati sunt mandatum domini. est et li-  
gnum maledictionis de quo dicitur Deute-  
xxi. Maledictus omnis qui pendet in ligno  
in quod scelerati per suis sceleribus suspenduntur  
a quibus lignis benedictum lignum nostrum speci-  
ficatur cum dicitur per quod fit iusticia. et illud  
est lignum benedictionis a nobis valde ve-  
nerandum. Primo ergo lignum crucis est et di-  
citur benedictum. quia per ipsum sumus liberati.  
In eo enim quod iesus christus completa passione cru-  
cis descendit in limbum et presens per sue presentie illu-  
strationem inderabsoluit: nos finaliter liberauit  
ut illic nisi velimus minime veniam. et hoc  
est quod aperte dicit Gregorius. Ecce nos qui redem-  
ptoris gratia redempti. hoc iam celestis mu-  
neris habemus: ut cum a carnis nostre inhabi-  
tatione subtrahimur. mox ad celestia pre-  
mia ducamur: quia deum redemptorem non clausum  
inferni penetrans electorum exinde animas redu-  
xit. nos illo ire non patitur. unde iam alios descen-  
dendo liberauit. sed qui ante eius aduentum  
in hunc mundum venerant quantumlibet de virtu-  
te iusticie benevolent ex corporibus educi in sinum

celestis patrie recipi non poterant. unde iacob  
Gen. xlix. dixit. Salutare tuum expectabo do-  
mine. Idem Lugens descendam in infernum.  
Item balaam in spiritu prophetie Num. xxiij.  
dixit. Videbo eum sed non modo intrabor eum  
sed non prope: eo quod quantumlibet sancti essent in  
limbo in captiui tenebantur. donec per benefi-  
cium crucis ipsi et nos ab illis fuimus miseri-  
corditer liberati. Secundo reuerendum lignum  
crucis benedictum dicitur quia per illud sobo-  
le virtutum gratiarum et meritorum sumus per  
omnia multiplicati pariter et ditati. Nam me-  
rita christi et omnium sanctorum in virtute passio-  
nis coadunata participamus et per omnia com-  
municamus: ut deus possit nobis dicere illud  
Gen. xxx. Modicum habuisti antequam veni-  
rem ad te: et nunc diues effectus es. benedi-  
ctus tibi deus ad introitum meum. hinc et Cor-  
inth. i. Gralias ago deo meo per omnia vo-  
bis: quia diuites facti estis in illo: ita ut nihil  
vobis desit in vlla gratia. Tertio gloriosum  
lignum venerande crucis nostre benedictum  
dicitur propter celestis regni apertionem et nos-  
tram introductionem. Nam per crucis passio-  
nem celestis regni ianua est aperta. quod pul-  
cre figuratum legitur Num. xxv. vbi dicitur.  
Exules et profugi ante mortem pontificis nul-  
lo modo in vrbes suas reuertere poterunt. sed  
remanebunt in vrbe refugij. donec sacer-  
dos magnus qui oleo sancto unctus fuerit  
moriatur. hinc ipse dominus per psalmum dicit. Singu-  
lariter sum ego donec transeam. quia nul-  
lus quantumlibet sanctus celum introire poterit  
quousque in ligno crucis per mortem christi  
preuaricationis delictum est solum. **E**  
Expedito ergo primo membro scilicet de li-  
gni benedictione. nunc seruat ordine: dicitur  
dum est de crucis diuisione. Sciendum est  
ergo quod in passione domini triplex erat crux sci-  
licet mali latronis: et boni latronis et crucis christi  
que tres cruce designant triplex martiri-  
um. De prima cruce mali latronis descen-  
ditur ad infernum. de secunda ad celum. de tertia  
cruce christus transiit in supernam plenitudinem omnium  
bonorum suorum. Hec autem triplex crux vltima  
in suum seculum habet martires suos. **O**portet  
enim omnem hominem vellet nolit in aliqua cruce  
celestis patrie pendere et martiriū suū com-

In passione domini per cat. n. p.

plere. Nam mali homines et magni peccatores pendent in cruce mali latronis. de qua et ipsi cum malo latrone transeunt ad infernum. Quia tales habeant martirium ipsi de se fatentur. Sap. v. Lassati sumus in via iniquitatis et ambulamus vias difficiles. de quibus dicit Iere. Ut inique agerent laborauerunt. Boni autem homines qui propter deum abstinent a peccatis et faciunt bona que possunt. pendent in cruce boni latronis et cum eo pueniunt ad regnum celorum. Perfecti autem sancti: qui perfecte imitantur dominum non declinantes ad dextram nec ad sinistram: cum christo pendent in sua cruce transeunt de illa ad suprema premia perfectorum. Et quod nemo declinare poterit nisi in aliqua cruce istarum trium martirum patiatur. eligat quisque in qua cruce suam cupiat martirium sustinere. Nam ad labores et passiones ex prima prevaricatione addicti sumus: ut nemo valeat his carere. Hinc Gen. iii. dicit. In sudore vultus tui vesceris panem tuo. Ite Job. Non inuenis in terra suauiter uiuentium: et subiugit. Sicut avis ad volandum: sic homo nascitur ad labores. Et quod nemo sine cruce passionum uiuere poterit super terram: eligat qui prudenter pro se agere voluerit crucem saluare a qua tandem feliciter absolutus uiuat cum domino in eternum. Declinans crucem mali latronis in qua cum eodem latrone huiusmodi filii: id est omnes peccatores cruciantur et de pena huius cruciatus transeunt ad infernum eternaliter cruciandi. Nunchas cruces breuiter percurramus ut videamus qui in qua cruce pendeant: et quis quilibet in sua cruce suffert cruciatus. Est ergo prima crux mali latronis: et cum eo omnium peccatorum qui cruciantur et fatigantur ut ea sibi attrahant que in hoc seculo percipiunt. quorum alij inhiant honoribus alij diuitiis. alij voluptatibus. que ut sequuntur durissimis afflictionibus atteruntur. quod ut dicit Eccl. Non est ei bene qui assiduus est in malis. de quibus dicit Bern. Sunt qui labores sustinent sed non est eis pro. nam ideo uigilat raprox circa montem ferro uestitus ut predam rapiat. uigilat fur ut domum fodiat. uigilat luxuriosus ut suam expleat uoluntatem. Sed hi omnes longe sunt a dolore quem dominus desiderat. sed de his doloribus transeunt ad eter-

nos. de quorum doloribus dicit Boetius. Quod multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo resperla est: et subiugit. Anxia enim res est humanorum bonorum perditio. que uel nunquam tota pueniat uel nunquam perpetuo subsistat. Habet autem hec crux peccatorum quatuor cornua. que eos miserabiliter cruciant et affligunt: ut nunquam ad momentum temporis requiescant. Nam superior pars crucis est superbia que laborant ut alijs dicentur. Inferior pars luxuria ut uoluptatibus delectentur. Dextrum cornu auaricia ut diuitie acquirantur. sinistrum uero inuidia que de bonis aliorum cruciantur. Ex his quatuor infectionibus torquetur ut nunquam requiescant. de quibus Iere. Impius quasi mare feruens quod quiescere non potest. Uel possumus dicere quod hec crux peccatorum ex quatuor timoribus consistat. semper enim sunt in timore grauissimo constituti. nam superior pars crucis eorum est timor de offensa dei. inferior timor inferni. retro peccata consequentia et accusantia. ante durum et seuerum dei iudicium. ex quibus quatuor consequuntur perfectio supermodum cruciantur. de quibus in puer. Siue irascatur siue rideat non inueniet requiem. quod dicit sapi. Sempresumit seua prurbarata conscientia. de quibus et iob. Sonitus terrorum semper in auribus eius. Et quod de hac cruce maledicta iur ad perpetuos cruciatus. ideo hac cruce derelicta cum bono latrone cruci penitus commigamur: quod de illa omni certo certum cum bono latrone ad purgatorium uel ad celi gaudia ueniamus. **S**ecunda crux est boni latronis: et est crux penitentium huiusmodi quatuor cornua sicut prima. Nam superior pars huius crucis est dolor et peritio de offensa dei: cui includimus omnia penalia. que ad placandum deum ei possumus exhibere. sicut est confessio. satisfactio. dolor. gemitus. luctus et omnes deuotiones que de superiori parte rois ex corde dolentis procedere uidentur. hec inquam omnia in unum congesta et sursum ad placandum deum euaporata pro superiori parte crucis accipere possumus. Secunda pars huius crucis est pars inferior in quam prope pedes de terra eleuati duro clauo perfinguntur. per quod omnis terrene solatiois abdicatio intelligitur. Nam pro pedes affectus accipimus quod de terra leuamus et cruci pro clauum affigimus cum eadem affectioea

## Sermo

ab omni terrena solatione longius sepe-  
mus et per clauum diuini timoris cruci christi pas-  
sioni eius assequimur: nihil aliud cogitantes ni-  
hil nos scire arbitantes nisi iesum christum et  
hunc crucifixum. Tertia pars huius crucis est cor-  
nu dextrum cui etiam dextra manus configit. per  
quam manum quam prompta est ad largiendum igno-  
scibilitas que est virtus inter omnes virtutes lar-  
gissima designat. hec enim virtus ut ait Cris-  
tostomus maxime hominem assimilat deo. qui non solum  
suis crucifixorum indulget: sed et per eis apud  
patrem intercessit: dicens. Pater ignosce illis  
quod nesciunt quid faciunt. Propter quod de hac  
virtute in scriptura sepe ammonemur. quod non  
quod deum offensum placabimus nisi et nos nostris  
offensibus ignoscamus. Hinc dicitur. Re-  
linque primo tuo nocenti te et tunc deprecanti  
tibi peccata soluentur. et iterum. In hominem simi-  
lem sibi non habet misericordiam et per peccatis suis de-  
precabitur. hinc veritas matthei. Dimittite et  
dimittimini. quod si vos non dimiseritis. nec pater  
celestis dimittet vobis. Quarta pars  
huius crucis est cornu sinistrum. per quod ablatio  
restitutio designat. quod ait angelus. Non dimit-  
tatur peccatum nisi restituatur ablatum. dicit enim Le-  
ui. vi. Redde omnia: et quod per fraudem volueras  
obtinere reintegres. hinc. Re. iij. Resti-  
tue ei omnia que sua sunt. quod non solum intelligen-  
dum est de rebus: sed etiam de fama. de honore et  
de omni bono hominis indebite ablatum: quod contra  
deum imo a deo maledicti sunt qui primo suo  
quicquid de fama vel honore suo surripuerunt dicunt  
te domino deute. xvij. Maledictus qui transfert  
terminos proximi sui. Tertia cruce que alta ni-  
mis est et sublimis: et magni sunt per omnia qui  
cum christo pendunt in ea usque ad festum exalta-  
tionis seruabimus. .XLVI.

Sermo de sancto Iohanne baptista.

**I**ohannes est no-  
men eius Luce. i. Dicit  
quidam doctor. Nomina sunt in-  
uenta ad signandas res. ubi ergo multe sunt res  
ibi oportet multa nomina ad signandas res  
multas. Cum ergo gloriosus iste princeps propter  
uite sanctitatem multas beatorum progenitas pre-  
ceteris sanctis. ideo ad exprimendas illas  
oportuit eum multis nominibus appellari. De quibus

bus nominibus propter plenitudinem que michi est redi-  
cauenda. tria eius nomina in medium profer-  
ramus: ut ex eisdem saltem tenuiter huius princi-  
pis progenitas agnoscamus. Dicit enim iohannes  
vox et angelus. Qui propter hoc plura beatorum no-  
mina: quod uno vocabulo eius sanctitas non po-  
terat explicari. de primo dicitur iohannes. Fuit homo  
missus a deo cui nomen erat iohannes de sancto Ie-  
re. xl. Vox clamantis in deserto. de tertio per  
malach. iij. Ecce mitto angelum meum dicitur  
autem iohannes propter gratiam preuenientem. vox propter  
gratiam concomitantem. angelus propter gratiam con-  
summatam. Prima gratiam habet illud pro-  
nium Iere. i. Priusquam te formarem in utero  
noui te. propter hoc dicitur illud Iere. Dominus ab utero  
ro vocauit me. propter tertium habet illud mar-  
tini. Inter natos mulierum. Hec de laude huius  
magni principis breuiter tacta sunt. Hanc  
materiam sermone ad nostram edificationem quantum  
dominus dederit peruenientes effectus istorum nominum  
et reale veritatem totius virtutis inducentes. Quod  
delicet effectus tunc misericorditer sequimur  
si quantum possumus ad gratiam habilitamur. vo-  
cem imitamus et ad perfectum angeli conamur.  
De primo ergo nomine iohannes. quod gratia interpretatur  
sit primum sermo: virtute gratie aliquotiter expo-  
nentes. De secundo nomine vox sit sermo sermo. quod per  
vocem dei intus loqueris et promoueris. pro-  
ueamur insinuantes. De tertio nomine angelus  
sit tertius sermo: quod virtutes et proprietates an-  
geli nobis applicare debeamus a longe depin-  
gentes. Dicitur ergo de gratia tria de ipsa per ordi-  
nem persequimur scilicet de eius descriptione. diuini-  
satione nostra dispositione. Hec resumens pri-  
mo dicamus de gratie descriptione: ut per eius  
descriptionem qualemcumque eius noticiam  
habeamus. Verum quia gratia ad diuersa  
comparatur. ideo ex eadem diuersa compa-  
ratione diuersas recipit descriptiones. Com-  
paratur enim gratia ad gratie largitorem tanquam  
ad suum principium: et sic eam notificat yfido-  
dices. Gratia est diuini muneris donum pro quod  
bone voluntatis est exitus. Gratia enim dei ragen-  
tium et mouens voluntatem excitat eam in opus. Aliquam  
vero propter ad subiectum in quo est scilicet in anima: et tunc  
sic describitur. Gratia est nitore anime per quam recobali-  
atur et grata efficitur deo. Aliquam propter ad suum  
oppositum scilicet peccatum: et tunc sic descri-